



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

suit ex hac tenuis deductis, quia tunc poterit adhuc inquiri, & molestatu superuenientibus nouis indicijs, vi tenent DD. quos nefert & sequitur Locatell. de Quest. Iudic: infp. 5. nu. 166. & 167. vbi etiā dicit, quod terminus, in quo deduci possunt noua indicia contra reum, est decem annorum inter presentes, & 20. inter absentes.

Obserua tamen, quod quando causa fuit bene discussa, tunc etiā superuenientibus nouis indicijs, aut probationibus absolutiora sententia in dubium amplius non retractatur Ricc. in Collect. decis. 3522. par. 8. vbi citat Balb. dec. 70.

S V M M A R I V M .

- * Clericus, siue Episcopus habens iurisdictionem temporalem potest causas sanguinis delegare.
- 2 In causis ad forum ecclesiasticum spectantibus Episcopus non potest delegare huiusmodi causas.
- 3 Episcopus, vel alius Index ecclesiasticus remittens laicos inquisitos de homicidio ad Iudicem scilicet an irregularitatem incurrit.
- 4 Quis fuit causa, cur reus capereatur, irregularitatem incurrit sequita morte, vel mutilatione.



C A P. XLIII:

An Clericus, siue Episcopus pos sit causas sanguinis delegare.

Poco 1. quod Clericus, siue Prælatus habens iurisdictionem temporalem siue ratione Episcopatus, siue ratione patrimonij potest tales causas in genere, & etiam casum particularem laico delegare, ut inquirat, & iustitia faciat: nec efficitur irregularis, si officialis ad pœnam sanguinis processerit cap. fin. Ne Cler. vel mon. in 6. Sylu: in ver. homicidium 3. nu. 7. Bellett. in Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cleric. I. 5. num: 135. Maior de Irregul. lib. 2. cap. 6. nu. 11. Sayr. in Clau. reg. lib. 7: cap. 11. numer. 3. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 1. numer. 28. & seq: Dian. par. 4. tr. 2. ref. 78. Sperell. dec. 86. nu. 15. Fusco. de visit. lib. 1. cap. 32. num. 5. vbi etiam dicit, quod non debet committere per clericum, sed per laicum, vel per se ipsum per tex tum in cap. sententiam Ne Cler. vel mon. ibi, nec quisquam Clericus litteras dicet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas.

Nequit tamen Prælatus in tali casu mandare, punitionem faciendo per mortem, vel mutilationem, ut d. Bonacin: loco cit. nu. 29. immo cauere debet, ne propter suam responsonem indirectam, iudex delegatus intelligat, quod reum debeat morde, aut mutilatione punire: quia si ex tali responsoni reus occideretur, vel

nu.